

P V I S

1 6 1 8

- | | |
|--|---|
| <p>Conradi Rittershusii Paraphrasis Psalmi XC nuptiis dicitur.</p> <p>II. Berzmani paraphrasis Psalmi 121. 91. 125. 124.</p> <p>III. Berzmani paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09.</p> <p>IV. Berzmani paraphrasis Psalmi 08.</p> <p>I. Berzmani Epipemphion Psalmorum 91. 97.</p> <p>VI. Berzmani Psalmi 104. 0. 19.</p> <p>VII. Poletani Paraphrasis Prometei Iona.</p> <p>VIII. Mundorpii paraphrasis Iona.</p> <p>IX. M. Iacobi Gregorii Iona.</p> <p>X. Joannis Fabri de Nativitate Christi.</p> <p>XI. M. Theodori de Nativitate Christi.</p> <p>XII. Waltzeri Oda de Redemptionis Opere.</p> <p>XIII. Oritii de Peccatu Christi ad Inferos.</p> <p>XIV. Pomauii Heptas simulane Resurrectionis.</p> <p>XV. Stentorii ubi impudentissimis.</p> <p>XVI. Trautmanni instructio p. vero Lutherano.</p> <p>XVII. Bratorii Epistola Germaniae ad Electores.</p> <p>XVIII. Moiti ex Auma ad Christianum Pr. Abbat.</p> <p>XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Pr. Abbat.</p> <p>XX. Henna ab Eichen ad Maunicium Pr. Episc.</p> <p>XXI. Abrahami Cremeri ad Electorem Brand.</p> <p>XXII. M. Imbingeri Statulatio in Natalem Rudolphi Principis Anhaltini.</p> <p>XXIII. Moiti in Nuptias Rudolphi Pr. Pr.</p> <p>XXIV. Berzmani Ecloga Rudolphus.</p> <p>XXV. Bromii Nuptiis raris Rudolphi Pr.</p> <p>XXVI. Wrsini et M. Jeno Nuptiis eiusdem.</p> <p>XXVII. Parentalia Augusto Electori a D. Maiore Sabita.</p> | <p>XXVIII. Epistola Johanni Ernesto Pr. Pr. Anhaltino v. Alberto Voito dicitur.</p> <p>XXIX. Festschii in obitum Eiusdem Principis.</p> <p>XXX. Angeli ad Baronem de W. Pr. Pr.</p> <p>XXXI. Memoriae Damolii Diepholdii.</p> <p>XXXII. Abrahami Cremeri de promotione ad Pr. Pr.</p> <p>XXXIII. Propemptica Fyffelio et Cremeri dicitur.</p> <p>XXXIV. M. Victori, cum renunciaretq. Rector.</p> <p>XXXV. Oda Sapphica in Doctores Honoratus Fyffelii &.</p> <p>XXXVI. In Magisterii Honore Joh. Cr. Pr. Pr.</p> <p>XXXVII. Merzmanni in honorem Magisterii Jo. Pr. Pr. XX juvenum.</p> <p>XXXVIII. M. Pr. Pr. in Magisterium Haberlandi.</p> <p>XXXIX. In Magisterium Coppenui.</p> <p>XL. Bethmanni Herdesiani.</p> <p>XLI. Christiani Popleri.</p> <p>XLII. Abrahami Theopoldii.</p> <p>XLIII. M. Coppenui Gratiam. Pr. Pr. Pr. Pr.</p> <p>XLIV. De dignitate Consulari Trevesi.</p> <p>XLV. De dignitate Notariatus Gelami.</p> <p>XLVI. Apocryphorum Politicorum Regula.</p> <p>XLVII. Nuptiis Petri a Jena.</p> <p>XLVIII. M. Pr. Pr.</p> <p>XLIX. M. Richardi.</p> <p>L. Wolfgangi Hanen.</p> |
|--|---|

Ec. 11



XXXIII
ΠΡΟΠΕΜΤΙΚΑ.

Quibus

Abitionem ut auguratò susceptam, ita
auspicatò perficiendam,

Rever: Vener: Clarissimisq; VIRIS,

DN. M. MARTINO FUSSE-
LIO, GORLICENSI:

&

DN. ABRAHAMO CRE-
MERO, GRUNBERGENSI,

THEOLOGIS verè piè doctissimis,

Ex Silesiâ SERVESTAM mirificâ admodùm Divinæ
Providentiæ dispositione, ordinatim legi-
timeq; evocatis:

ILLI QUIDEM, CLADENSIUM ECCLESIA
obsequenter relictâ, ad supremam Ecclesiæ SER-
VESTANÆ, eidemq; subjacentium Eccle-
siarum, inspectionem
accedenti:

Huic verò, Ecclesiæ OBER-HERTZOGWALDENSIS Mi-
nisterio non invitè resignato, in eadem SERVESTANÂ
Ecclesiâ Diaconi munus alacriter
subeunti:

boni ominis ergò

Socer, Pater, Avus, Affines, & Amici
gratulabundi gratantur. An.

Wieder Gott bestehet keines Menschen Rath.

GLOGOVIAE SIL. Typis FUNCCIANIS.



ΠΡΟΠΕΜΤΙΚΟΝ

Geminum.

I. In Salutarem obitum.

HEDWIGIOLÆ FUSSELIANÆ.

II. In felicem abitum.

REVERENDI & CLARISSIMI
Theologi,

DN. M. MARTINI FUSSELLII,
&

DOROTHEÆ TITIANÆ,

dulcissimorum Parentum,

SERVESTAM versus,

Consolationis & fausti ominis nomine

Conscriptum.

à

M. PETRO TITO AVO, SOCERO,

PATRE.



Vàm benè cœlestem HEDWIGIS cõtendit ad arcem.

Quàm prius hinc matrem terra aliena capit!

Tam bene CLADENÆ solvuntur debita morti;

Quàm bene SERVESTÆ quispiam obire potest.

Ne quis SERVESTAM hac de clade accuset inique

CLADENAM ille prius cernat agatq; ream.

Servari haut melius toto potuisset in orbe,

Quàm quod & antè abitum est illa recepta polo.

Curriculum CLADENSE suum capit Omne finem,

Et vult vos alio nunc habitare loco.

„Omne solum Exilium est toto quo degis in orbe:

„In cœlo solum patria vera piis.

Si SERVESTA tibi exilium MARTINE videtur,

Non erit exilium tristius illa tuum,

Quàm

Quàm si CLADENÆ jam nunc DOROTHEIA maneres,
Hic quoq; mortalis, morbida & exul eris.
FILIA SERVESTAM elegit cœlestibus oris.
In patriam voluit: noluit exilium.
At vos SERVESTAM in terris migrate parentes,
Servabis Servos hîc quoq; CHRISTE tuos.
SERVESTÆ CHRISTI servi servite fideles
Nam servos nescit deseruisse suos.
Servatos semper servabit numine dextro
Tum SERVESTA soli: tum SERUËSTA poli.
Servabit CHRISTI servos, satis atq; beabit,
Lætior in cœlis vos SERUËSTA manet.

EPIPHONEMA
DEFUNCTÆ.

EX HEDWIGE, Pater, sum facta EUPHEMIA, mundi
Exosa, atq; viæ, quæ peragenda fuit.
Lata DEUM in superis celebros & collaudo triumphis,
Quæ modò pars vestri prima doloris eram,
Quin igitur mecum grates agis Omnipotenti
Omnia qui laudem quod benè faxit, habet?
Vixi vobiscum miserandis debita fatis.
Omnibus hîc damnis libera pace fruor.
Det DEUS, ut vixi vobiscum, vivere, vobis
Mecum & præsentis prosperitate frui:
O pater, ô mater, frater, soror, orbe relicta
Corporis ac animæ pars preciosa mea.

HENRICUS WALTHERUS,
P. L. C. & Catecheta Rechen-
bergicus Schlawa.



Reverendis, Clarissimis & Doctissimis

VIRIS,

D N. M. MARTINO FUSSELIO,

fratri & affini suo desideratissimo;

nec non

D N. ABRAHAMO CREMERO,

fratri & compatri suo obser-

vando,

ex Silesia Patria nostra suavissima, in Ecclesiam SERVEstanam

divinitus evocatis,

Evodēiv.

FUSSELIO SUO.

Iam demum apparet, FUSSELI, nominis omen,
 Quod tibi pes, tacitâ conditione dedit;
 Pes, in Apostolico fato vestigia figens,
 Et mutans ingrata urbis ab urbe locum:
 Inde etenim (nisi me forsâ presagia fallunt)
 A salvis pedibus nomen & omen habes.
 Quin atomis igitur properas post terga relictis,
 Et portu Ascenio damna priora levas?
 Sic Evangelii pes exulat, & Duce Christo,
 Per varias sequitur pravia fata vices:
 Exoptantibus his nos; at renuentibus illis,
 Diverso arbitrio, dispare consilio,
 Corripientibus his nos, arripientibus illis,
 Diverso applausu, dispare iudicio,
 Rejicientibus his nos, excipientibus illis,
 Diverso affectu, dispare cordolio.
 Respice quò tendas? & tendes fortius, unde?
 Et calcar subnectet tibi livor edax,
 Qui tibi, qui comiti, Cacodæmonis instar, inertem
 Sub pedibus (sine sed vulnere) lambit humum,

Atq;

- Jac. 3. v. 14. *Atq; viam Furiis sternit, Cacodæmonis instar,*
 15. 16. 17. *Cui furor in quarto convenit iste modo,*
- Matth. 10. *Quo Christi exagitat vano sub nomine servos,*
 v. 25. *Et patris exprimit haud segniter ingenium:*
- Joã. 8. v. 44 *Falsa docens, verisq; nocens, cadesq; minasq;*
 Act. 9. v. 1. *In sani torquens dogmatis ora, ferox*
- Matth. 10. *Fraternos lacerans nexus, Philtro ardeliones*
 v. 34. 35. *Plebeios Latio (vau præeunte) trahens,*
- 2 Pet. 2. v. 14 *Nil nisi Dæmona, nil nisi fulmina, Tartara spirans,*
 Joã. 8. v. 48. *Spiritus & cujas sit? satis inde probans,*
- Mat. 11. v. 18 *Sulphureis diris templa, atq; boatibus implens,*
 Luc. 9. v. 55. *Qui Christi allatrant concutiuntq; crucem.*
- Psa. 22. v. 13. *Eripit his porrecta manus te dextra Tonantis*
 Jesai. 41. v. 10. *Et retrò vibrat quicquid ab hoste venit,*
- Psa. 79. v. 12. *Autoresq; suo moderamine torquet in ipsos,*
 Psa. 7. v. 15. *Ac ductu miro servat, amatq; suos.*
- Psal. 11. v. 6. *Idem etiam te Serveſtam, cum conjuge charâ,*
 Psa. 32. v. 8. *Servandum, charis pignoribusq; trahit:*
- Joã. 17. v. 21. *Qui trahit, is servet, Serveſtanosq; tuosq;*
 Eph. 4. v. 3. *Fædere quos sancto glutinat unus amor.*
1. Tim. 4. *Serveſtam petis, ah serves tam dogmate Verbi*
 v. 16. *Serveſtanos, quàm teq; tuosq; fide:*
- Psal. 4. v. 9. *Inq; tuo portu ne, meq; Titosq; Titasq;*
 Psa. 31. v. 21. *Desine deliciis annumerare tuis,*
Neve mei quondam sis immemor, & male fide.
- Hebr. 13. v. 14. *Quæ cymbam hinc statio quassat & inde meam.*
 Psalm. 112. v. 6. *Sic tua (crede) fides, facies, res, fama, domus, spes,*
Sanctus honor, fraternus amor, cum quicquid ad illum
- Prov. 10. v. 6. *Pertinet, hîc nullâ vi violata cadent:*
Semper honos, nomenq; tuum, data dextera semper
1. Cor. 13. v. 7. 8. *In precio nobis, pignoris instar, erit.*
Faxit amoris Fax, Dux & Comes ille, suâ qui
1. Joan. 4. v. 11. 16. *Ducit, sustentat teq; tuosq; manu,*
 Psalm. 23. v. 3. 4. *Ut (quando visum Superis erit) orbe vel axe,*
Tu reddare mihi, reddar & ipse tibi,
- Act. 3. v. 21. *Defuncti damnis reddamus uterq; Magistro,*
 Joã. 14. v. 3. *Cumq; pio vocem suscipiamus jo:*

Matth. 25. *Eja, serve, veni, dilecte, electe, triumphans*
v. 21. *Concede in Domini gaudia firma tui.*

CREMERO S U O.

IN te jam demum apparet quoq; nominis omen
Quod tibi spes, tacita sub ratione dedit:
Matth. 10. *Diceris Abramus, quin & migrare juberis,*
v. 23. *Et meliora foris querere fata tibi;*
Gen. 12. v. 1. *Sic Pater Abramus patriam quoq; linquere jussus,*
& 4. *Terram aliam, JHOVAH precipiente petit.*
Gen. 15. v. 7. *Qui dedit Abrami exilium tibi, det quoq; sedem*
14. 15. *Abrami placidam caelitus ipse, suo*
Psal. 121. v. 8. *Ipsa viis patriae faveat, benedicat & adstet*
Auxilio pariter consilioq; tuis.
Phil. 1. v. 27. *Quae restant ea sunt comiti communia tecum,*
Act. 4. v. 23. *Votis vos unis obligat unus amor:*
1. Pet. 2. v. 17. *Confrater prior est, est alter Compater, uno*
Hinc desiderio pronus utrunq; sequor.
Gen. 17. v. 7. *Det Pater Abramidum, benedicti faderis Autor*
Quod tulit Abramo seminibusq; suis:
Psal. 68. *Ut quae sunt vobis communia, sint quoq; vobis*
v. 29. *Utilia ambobus, sint rata, grata DEO.*
Phil. 1. v. 6.

SCire CVpls qVo anno eX nostrIs FVsseLIVs orIs
CreMerIVsq; eXCesserInt? hæC sVppVta.

Jdem WALTHERUS.

Ad Rever. & CL. Virum, DN. MART. FUSSELLIUM,
abeuntem SERVESTAM, & lugentem obitum filiole
HEDWIGIS.

I, quò fata vocant, Domino serviq; fidelis,
Et lucrare animas, voce styloq;, DEO.
Plenam Materiam Ascanios, MARTINE, docendi,
HEDWIGIS præbet, mortua Gnata, tibi:
Nascitur atq; tuo moritur de sanguine; CHRISTI
Sanguine vivit iò, nunc moritura magis.

*In Christo & ex affinitate frater GABRIEL
ROTSTOCK Gr. scripsit.*

Rev.



Rev. & Clariss. DN. M. MARTINO
FUSSELIO, &c.

Teg³, Tuasq³ gubernari res cœlitus omnes,
Comprobat exorsu lux hodierna suo.
Ortus & id quivis docuit: si singula vita
Exactè censes facta notanda Tua.
Curriculum perpende Tuum: benè respicè tedas:
Præsentemq³ statum: præteritasq³ vices.
Nunc huc, nunc aliò, Tua sese cymbula vertit,
Est tamen incertum visa tenere scopum.
Res licet est velis, remisq³ sat acriter acta:
Penelopes tamen est tela retexta modo.
Sic solet in nostris divina potentia rebus
Ludere, secretum non retegendo scopum.
Seciùs haud Tua res lapsos est acta per annos:
Sicut id exacti nos docuere dies.
Jam patet indubitata Tui prævisio Fati,
Et res optatum contigit acta scopum.
Scilicet assvetis Te diva reducit ab oris
Dextra, jubens aliis sacrificare focus.
Promptus Eam sequeris: consultaq³ carnis omittis:
Plus Fato, fatuo quàm, tribuendo, Solo.
I Jovâ duce: SERVESTAM pete salvus: & illic
Pasce sitibundas fonte salutis oves.
Nec lupus ex alto properando cacumine montis
Has tibi spurcidico gutture turbet aquas
Sis purus: sis pacificus: sis sedulus: isthac
Si tria præstiteris: quis Tuus osor erit?
Immoriare novis novus istis sedibus hospes:
Et SERVESTA suâ Te tumulabit humo.
Vive diu: Tecum Conjux, Sobolesq³ diurnet
Faustiter: & noli non memor esse mei.

JOANNES LINDNERUS,
Swidnicen.

Ad

Ad Rever. & Clariss. Dn. ABRAHAMUM
CREMERUM.

Thariades Chaldaea reliquit ut arva, Canamque
Incoluit, sibi Fato praeunte viam:
Sic Tu Slesiacis SERVESTAM tendis ab oris,
In loca de pejori meliora loco.
Sit Tibi, sit Costæ, Soboliq; beata locorum
Versio: nec mutes, ni moriare, locum.

Idem LINDNERUS.


Ad Rev. & Cl. Virum Dn. M. MARTINUM
FUSSELIUM, &c.

Dum maturabas iter ad claræ Stationis
Munera: consiliis fit mora multa tuis.
Exorata Uxor, chariq; amor ille Patroni,
Atq; Parens, citius solvere posse vetant.
Instanti tamen hi cedunt pro tempore Fato:
Cursum instar Remoræ Cura sed una tenet.
Filiola ægrotat: Pietati cedere visa est
Hic Pietas, justamq; imperitare moram.
Non ita: sed sequere huc, quò Te jubeo ire, JEHOVA
Dicit: Tollo - tuam - Filiolam, atq; moram.

Ad D. D. PARENTES mæstis. HEDWIGIS
FUSSELIÆ piæ defunctæ.

Dum SERVESTINUM vestras iter occupat ædes:
Et conclamantur vasa vocante DEO:
Omnis in Ascanios animus stat: sola sed infans,
Planè huic diversum præmeditatur iter.
Cogitat in Cœlum: Cœlo fuit, eccè, recepta:
Sicq; suum faustè prima peregit iter.
At vos, quo magnum Fatum vocat, ite Parentes:
Vos illuc; ast huc illa vocata fuit.

J. MELIDÆUS.



*Id 4212.
8.*


ULB Halle 3
002 391 589




So

Me
vom







B.I.G.

Farbkarte #13



32

K A.
 sceptam, ita
 am,
 VIRIS,
O FUSSE-
ENSI:
LO CRE-
 GENSI,
 doctissimis,
 à admodum Divinae
 rdinatim legi-
 :
IUM ECCLESIA
 am Ecclesiae SER-
 entium Eccle-
 em
 OG WALDENSIS Mi-
 dem SERVESTANâ
 alacriter
 nes, & Amici
 An.
 Menschen Rath.
UNCCIANIS.

